ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 15r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



amaris et dolori cordis. et animę et miserere mei. et resuscita
me de luto putredinis. quia putredo eius suffocauit me. Heu mihi mar-
garita in aurea corona ornatus. nunc in luto proiectus sum. Heu
michi quia diuinum sal in stercore iacet. S; quanta flumina
lacrimarum delebunt corda humilitatis meę. Iam incipiam loqui
ad dominum. Quare eleuans allisisti me. Sicut enim exaltasti me a
sapientię tue uerbo doctrinę sancti quę feci estimo adherere. Non
enim iniquę egissem. nisi abstulisses a me manum tuam. S; dominus tu
bonus omnia uis benigne agi. ego uero insipiens. insipienter cecidi.
S; quare domine per sanctum dauid conclusisti os meum. Numquid ego primus
peccaui aut ego primus cecidi. quia sic repulisti me desolatum
et desertum. et expoliasti me sanctis tuis. et confudisti me narrare
iusticias tuas. Et quare obliuionem fecisti iniquitatis meę et
purgatione peccati mei. Quis enim natus non peccauit aut quis
super terram conuersatus non inique egit. quomodo sic me proiecisti. Prior
ipse dauid qui conclusit os meum nimium peccauit in conspectu tuo.
Postquam uero penituit receptabilis factus est. Hec non et sanctus PETRUS
columna ueritatis dum cecidisset eandem passionem amarissimis la-
crimis diluit et interficiens peccatum et serpentis uenenum depur-
gauit et non remansit in eo. S; illi quidem secundum dispensationem
meruerunt. Hęc ut compleantur predictum est. Ue mihi. quia pessime rui. ue
mihi quia in his male incidi. S; nunc te deprecor domine quia peiora per
pessus sum reuoca me domine quia in ruina sum pessima. Da michi
bonum doctorem spiritum sanctum. ut non factus ericius habitacio demo-
moniaca efficiar. S; conculcem qui me conculcauit diabolum. et superatis
actibus restituar ad salutem pristinam. Ne memor sis malorum de
precatoris quin memor sis quia quia aliquando tibi sacerdotium
ministrauit. Ne memineris malorum quia iniqua respondi. ne me
meorum sis malorum quia locutus sum pessima. S; in me ostende mul-
tam bonitatem tuam. et in dignum salua me secundum miam tuam.
Nunc uos uniuersi qui ex peccatis meis uulnus timete
et uigilate ne obdormiatis. et in talibus inci-
datis. S; uenite in idipsum qui eundem modum ha-
beatis pietatis. et congregemur et conscindamus
corda nostra et prouocemus flumina lacrimarum.
Si quidem his fluentibus super terram remissio peccatorum
erit ut effugiatur pena et tormentum. Doleo animam